Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35040
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



et misereatur nostri que me monet operiam
ut hortatur sit recommendo quicumque est membrum
ecclesie vivit spiritualiter nullus in peccato mortali
constitutus vivit ergo nullus in peccato mor
tali constitutus est membrum ecclesie maior est
intencionis tue in notabili tercio quia asseris
membrum aridum seu mortuum non esse membrum
nisi secundum quod distorsus racionis est in secundo modo
secundum figuram sed minorem ostendo dicit Johannes
apostolus qui non diligit manet in morte
prime Johannis tercio et apostolus prime ad thymotheum
quinto vidua que in deliciis est viuens mortua
est et Jacobi primo peccatum vero cum consumatum
fuit generat mortem Ad idem est Beatus Au
gustinus super psalmo lxii et habetur de prima
Dei resuscitatus corpore vivit absente re
suscitatore non autem sic resuscitatus in anima
vivere valet habet itaque anima deum presentem

Respondeo

Scire te volo quod anima spiritualiter duplici vita
vivificatur per influxum Christi capitis ecclesie prima
vita est fides infusa qua illuminatur intellectus
licet umbratice in hiis que de Christo sunt
secundum duplicem eius naturam scilicet divinam et
humanam ut secundum eius doctrinam opera et promissa
hec est prima spiritualis vita christiana de qua
prime Johannis quinto qui habet filium habet
et vitam qui non habet filium vitam non habet
hec scribo vobis ut scitis quoniam vitam habebitis
eternam qui credit in nomine filii dei hec ille
Nam dominus dixit Ego sum via veritas et
vita Joh. 14 hec autem vita eterna ut cognoscatur
te solum deum verum et quem misisti Jhesum Christum
Johannis xvii hec vita si sola fuerit id est sine ca
ritate non facit habentem se membrum ecclesie